



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

Cap. XXVIII. De pœnis falsorum prophetarum tam in eorum vita qua[m]  
post mortem.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

CAPVT XXVIII.  
 DE POENIS FALSORVM  
 prophetarum, tam in eorum  
 vita, quàm post mor-  
 tem.

**H**ic breuiter persequar, primò huius  
 vitæ pœnas, postmodum eas, quæ  
 post mortem inferuntur, quas in sacris li-  
 teris potissimas ordine alphabetico inue-  
 nire potui. Vbi primò occurrit, quòd Deus  
 illos absynthio cibabit. Sic Ierem. 23. 14.  
*Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem  
 adulterantium. & iter mendacij: & confor-  
 tauerunt manus pessimorum, vt non conuer-  
 teretur vnusquisq; à malitia sua. Facti sunt  
 mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius  
 quasi Comorrha. Propterea hæc dicit Domi-  
 nus exercituum ad prophetas. Ecce, cibabo  
 eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis*  
 enim Ierusalem egressa est pollutio super om-  
 nem terram. Secundò percutientur amen-  
 tia, vt ex Oseæ 97. superiori cap. diximus. 3. *Con-*  
 Tertiò confundentur Ier. 2. 26. *Quomodo funden-*  
*confunditur fur quãdo deprehenditur, sic con-*  
*fusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, prin-*  
*cipes & sacerdotes, & propheta eorum Sic ca-*

Ff

pite

pite 6. 13. A minore quippe usq<sup>3</sup> ad maiorem  
 omnes auaritia student: & a propheta usq<sup>3</sup> ad  
 sacerdotem cuncti faciunt dolū. Et curabant  
 contritionem filia populi mei cum ignominia,  
 dicentes, Pax, pax: & non erat pax. Confu-  
 si sunt, quia abominationem fecerunt: quin  
 potius confusione non sunt confusi, & erubescere  
 nescierunt, quamobrem cadent inter ruens  
 res, in tempore visitationis sue corruent, dicit  
 Dominus. Adde cap. 8. 10. 11. 12. Propterea  
 dabo mulieres eorum exteris, agros eorum here-  
 dibus: quia à minimo usq<sup>3</sup> ad maximū omnes  
 auaritia sequuntur: a propheta usq<sup>3</sup> ad sacer-  
 dotē cuncti faciunt mēdaciū. Et sanabant cō-  
 tritionem filia populi mei ad ignominiam, di-  
 centes, Pax, pax: cū non esset pax: confusi  
 sunt, quia abominationem fecerunt. Nec dis-  
 sentit qui inquit Zachar. 13. 4. Et erit in die  
 illa confundentur propheta, unusquisq<sup>3</sup> in vi-  
 sione sua cūm prophetauerit, nec operientur  
 pallio saccino, vt mentiantur. Vide etiam  
 Micheæ cap. 3. ver. 4. Quartò consterna-  
 buntur. Ier. 4. 9. Et erit in die illa, dicit Do-  
 minus, peribit cor regis & cor principum, & ob-  
 stupescēt sacerdotes, & ppheta cōsternabūtur.  
 Quintò delendi sunt de medio populi Dei  
 Ezech. 14. 9. Et propheta cūm errauerit, &  
 locutus fuerit verbum: ego Dominus desepi  
 prophe-

4. Con-  
 sternabū-  
 tur.

5. Delen-  
 di de me-  
 dio popu-  
 li.

prophetam illum: & extendam manū meam  
 super illum, & delebo eum de medio populi mei  
 Israel. Sextò dispergendi Ierem. 13. 13. 14. 6. Disper  
 Et dices ad eos. Hęc dicit Dominus, Ecce ego gentur.  
 implebo omnes habitatores terræ huius, & re-  
 ges qui sedent de stirpe Dauid super thronum  
 eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes ha-  
 bitatores Ierusalem ebrietate: & dispergā eos  
 virum à fratre suo, & patres & filios pariter,  
 ait Dominus: non parcā, & non concedam:  
 neq; miserebor ut non disperdam eos. Et cap.  
 14. 18. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gla-  
 dio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuatū  
 fame: propheta namq; & sacerdos abierunt in  
 terram quam ignorabant. Cap. 23. 39. Prop-  
 terea ecce ego vos tollam portans, & derelin-  
 quā vos, & ciuitatē quam dedi vobis, & patri-  
 bus vestris à facie mea. Septimò Fame. Ier.  
 14. 14. 15. Et dixit Dominus ad me, Falsi pro-  
 pheta vaticinantur in nomine meo, nō misi eos,  
 & non pracepi eis, neq; locutus sum ad eos: vi-  
 sionem mendacem, & diuinationem fraudulen-  
 tam, & seductionem cordis sui prophetant vo-  
 bis. Idcirco hac dicit Dominus de prophetis qui  
 prophetant in nomine meo, quos ego non misi,  
 dicentes, Gladius & fames nō erit in terra hac:  
 In gladio & fame consumentur propheta illi.  
 Vide quæ ex eodem Ieremia paulò antè

membro 6. diximus capite sexto folio 50.  
 Octauò Felle potandi Ier. 23. 15. vt mem-  
 bro primo ex Ieremia cap. 23. diximus.  
 8. Felle potandi. Nonò Fornicatione vxorum, & filiorum  
 9. Fornicatione mortis. Amos c. 7. 17. Propter hoc hæc dicit  
 vxorum & filij tui & filie tue in gladio cadent, & humus  
 punien- tua funiculo metietur: & tu in terra polluta  
 tur. morieris, & Israel captiuus migrabit de terra  
 sua. Loquitur ad Amasiam falsum prophetam.  
 Decimò Furore Domini perpetuo, Ierem.  
 cap. 23. vers. 16. vt membro 1. Hac dicit  
 Dominus exercituum. Nolite audire verba  
 prophetarum, qui prophetant vobis, & deci-  
 piunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non  
 de ore Domini, Dicunt his qui blasphemant  
 me, Locutus est Dominus, pax erit vobis, &  
 omni qui ambulat in prauitate cordis sui, di-  
 xerunt. Non veniet super vos malum. Quis  
 enim affuit in consilio Domini, & vidit & au-  
 diuit. Ecce turbo Dominice indignationis  
 egredietur, & tempestas erumpens super caput  
 impiorum veniet. Non reuertetur furor Do-  
 mini, vsq; dum faciat, & vsq; dum compleat  
 cogitationem cordis sui, in nouissimis diebus in-  
 telligetis consilium eius. Non mittebam pro-  
 phetas & ipsi currebant: non loquebar ad eos,  
 & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio,  
 & nota

& nota fecissent verba mea populo meo, auer-  
 tissent utiq<sup>3</sup> eos à via sua mala, à cogitationi-  
 bus suis pessimis. Undecimo Gladio de II. Gla-  
dio.  
 medio tollentur. Hinc 4. 10. 25. Factum  
 est autem, cum completum esset holocaustum,  
 præcepit Iehu militibus & ducibus suis, In-  
 gredimini & percutite eos scilicet sacerdotes  
 & pphetas Baal, nullus euadat: percusseruntq<sup>2</sup>  
 eos in ore gladij, & proiecerunt, milites & du-  
 ces; & ierunt in ciuitatem templi Baal, &  
 protulerunt statuam de fano Baal, & com-  
 bufferunt, & comminuerunt eam, destruxerunt  
 quoq<sup>3</sup> adem Baal, & fecerunt pro ea latrinas  
 vsq<sup>3</sup> in diem hanc. Sic Ier. 2. 30. Frustra per-  
 cussisti filios vestros, disciplinam non receperunt  
 deuorauit gladius vester prophetas vestros.  
 Sic idem Ier. cap. 14. 14. 15. vt in 7. dixi-  
 mus. Vide etiam sequens membrum ex  
 Apocal. 10. Duodecimò Igne. Tren. 4.  
 11. 12. 13. Compleuit Dominus furorem suum, 12. Igne.  
 effudit iram indignationis sue: & succendit  
 ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.  
 Non crediderunt reges terræ, & vniuersi ha-  
 bitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis &  
 inimicus per portas Ierusalem. Propter peccata  
 prophetarum eius & iniquitates sacerdo-  
 tum eius, qui effuderunt in medio eius sangui-  
 nem iustorum. Apoc. 10. 10. 20. 21. Et vidi  
 Ff 3 besti.

bestiam & reges terra, & exercitus eorum congregatos ad faciendum praelium cum illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestia, & qui adorauerunt imaginem eius: vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis, & sulphure. Et ceteri occisi sunt gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatae sunt carnibus eorum. Hinc etiam Apoc. II. 5. De ore duorum testium prophetantium exibit ignis, & deuorabit inimicos eorum. Sicut 4. Reg. I. 10. ad imperium Heliae prophetae descendit ignis de caelo & deuorauit duos principes quinquagenarios cum 50. militibus eorum. Decimo tertio Morte & interfectione, Deut. 13. 5. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficetur, quia locutus est ut auerteret vos à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis; ut errare te faceret de via, quam tibi praecepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio iui. cap. 17. 12. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusq;

13, Mor-  
te & in-  
terfectio-  
ne.

cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus  
deinceps intumescat superbia. In similē sen-  
tentiam vide Deut. 18. 20. & de Hanania  
Ier. 28. 10. 11. 15. 16. 17. vt cap. 1. diximus  
fol. 4. & de Semeia Nehelamite Ier. 29. 31.  
32. vt in eodem capite 1. fol. 4. & de Ama-  
lia Amos 7. 17. superius puncto 9. Hinc 3.  
Reg. 18. 40. dixit Helias ad filios Israel,  
Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus  
quidem effugiat ex eis. Quos cū apprehen-  
dissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, &  
interfecit eos ibi. Ita vt verū dixerit Oseas  
Oseæ cap. 6. v. 5. Propter hoc dolavi in pro-  
phatis, & occidi eos in verbis oris mei.

Decimo quartò, Obtenebrabuntur, 14. Obtea  
Micheæ cap. 3. 5. 6. 7. Hæc dicit Dominus nebrabūo  
super prophetas qui seducunt populum meum: tur.  
qui mordent dentibus suis, & prædicant pa-  
cem: & si quis non dederit in ore eorum quip-  
pam, sanctificant super eum pralium. Prope-  
terea nox vobis pro visione erit; & tenebra  
vobis pro diuinatione: & occumbet sol super  
prophetas, & obtenebrabitur super eos dies.

Et confundentur qui vident visiones, & con- 15. Oppro-  
fundentur diuini & operient omnes vultus brio sem-  
suos, quia non est responsum Dei. Decimò piterno  
quintò, Opprobrio sempiterno Ier. 23. 38. subiace-  
Hæc dicit Dominus. Quia dixistis sermonem bunt.

Ff 4

istum,




istum, Onus Domini: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere, Onus Domini: propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & civitatem quam dedi vobis, & patribus vestris a facie mea. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam aeternam, qua nunquam oblivione delebitur. Decimosextò, Punientur in posteris, & quidem de posteris Samariæ ex Ier. 29. 32. cap. 1. fol. 4 Et de posteris Amariæ Amos 7. 16. superius puncto nono diximus. Decimoseptimò procella tenebrarum illis servatur in æternum, ita D. Iudas v. 13. Decimooctauò. Post mortem verò eorum ossa igne cremantur, bonorum prophetarum intactis relictis, & inssepulta iacebunt. Ita fecit Iosias 4. Regum 23. 16. Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitq; & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. Et v. 18. Et ait dimittite eum (scilicet bonum prophetam) nemo commoveat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus propheta, qui venerat de Samaria. vt prædictum 3. Reg. 13. 2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait, Altare, altare, hoc dicit Dominus, Ecce filius nascetur do-

26. In posteris puniuntur.

17. procella tenebrarum.

mui David Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendant, & ossa hominum super te incendet Sic Ier. 8. 1. 2. 3. In illo tempore, ait Dominus, eicient ossa regis Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt in Ierusalem, de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem & lunam, & omnem militiam cali qua dilexerunt, & quibus seruierunt, & post qua ambulauerunt, & qua quiesierunt & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinum super faciem terra erunt. Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis qua derelicta sunt, ad qua eieci eos, dicit Dominus exercituum. Demum ipsi simet igne æterno cruciabuntur, vt ex Apocalypsi c. 19. superiùs puncto 12. diximus.



## CAPVT XXIX.

DE POENA AVDIENT-  
tium & sequentium falsos  
prophetas.

**P**OENAE hæ vix sunt dispaes à pœnis ante positis falsorum prophetarum.

Ff 5

Hi